



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 36. Henricus Comes Provincialis in Regem Romanorum electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

etu supra humeros crucibus ex auro & serico arte Phrygia eleganter pictis signari, illosque Nobiles his trabeis induitos divinum ad sacrificium ante lucem secum venire jussit. Aperiente se die cum in vicini humero, deinde in suo quisque crucem cernerent, jucunda novitate capti, non deprecandam sibi ducebant sacram militiam, ad quam a Rege hoc innocentia artificio inducti essent.

Sæcul. XIII.
A.C. 1246.

§. XXXVI.

Henricus Comes Provincialis in Regem Romanorum electus.

Interim Papa Imperium reputans vi-
duum, Germaniae Principes, ut Roma-
norum Regem cooptarent, urgebat, Hen-
ricum Provincialem Thuringiae Comitem,
Ludovici an. 1227 extinti fratrem singu-
lariter commendans. Et vero Electores *Mon. Pad.*
aliqui consentiebant, præcipue Conradus *p. 602.*
Archiepiscopus Coloniensis. At Comes
id ægre in animum induxit, cupiens in *Sup. Lib.*
LXXXIX. parva provincia sua pace frui potius, §. 36.
quam exponere se periculis belli præser-
tim contra Fridericum virum callidum,
& in gerendo militari imperio exercita-
tum. Papa per litteras 21 Aprilis 1246 *Lib. 3. ep. 4.*
datas Electores ad præferendum reliquis *ap. Rayn.*
Henricum animavit, spondens, se, si mo- *1246. n. 2. 3.*
nenti pareant, assidue conaturum facere,

ut

Sæcul. XIII. ut ipsorum res prospere succedant. **A.C. 1246.** scripsit simul Bohemiæ Regi Wenceslao quarto, & Bavariæ, Brabantia, Brunsvigæ, ac Saxoniam Ducibus, electionem recusantibus, asseverans, hanc esse medium Ecclesiæ ac Imperio pacem restituendi.

Rayn. n. 6. 7. Legatum in Germaniam misit Philip-
pum Fontium electum Episcopum Ferrariensem, virum rebus gerendis idoneum
& animosum, cui magnam dedit potestatem, etiam per poenas profanas Dominos laicos, qui electi Regis jussa abnuerent, ad officium adigendi. Fratribus Praedicatoribus quoque ac Minoribus, qui in magna existimatione & authoritate apud populum erant, 22 Aprilis scripsit, ut a novo Rege starent, & cum primum electus esset, exhortationibus publicis ac privatis, & poenarum condonationem promittendo Germanos illi submitterent.

Alb. Stad. Tandem Archiepiscopi Moguntinas
an. 1246. & Coloniensis ac quidam viri Principes
Siffrid. eod. laici prope Würzburgum die festo Ascensionis Domini 17 Maii 1246 Henricum
Matth. Par. Provincialem Thuringiam Comitem in Romanorum Regem elegerunt. Moguntino mox contra omnes heterodoxos, quibus Fridericus annumerabatur, bellicum solenniter canente, hujus conventus Principes Nobilesque cuncti tesseriam induere crucem. Ab eodem Praefule de
p. 616. electio-

electione per litteras edoctus Papa, dum Sæcul. XIII.
 9 Junii respondebat, illi suum hac de re A.C. 1246.
 gaudium significabat, ut novum Regem
 ad suscepsum consilium fortiter exequen-
 dum, ac Germaniæ Principes ad ejus de-
 fensionem animaret, suadens, spondens-
 que, se omne auxilii genus laturum. Et
 vero magnas pecuniæ summas Henrico
 misit: quo comperto Fridericus occupan-
 das curabat vias, hoc subsidium in rem
 suam versurus. Qui ejus partes seque-
 bantur, Henricum Regem Sacerdotum
 vocabant. Papa etiam anathema con-
 tra Fridericum denuo promulgari, eique
 parentium terras interdicto affici jussit.

*Rayn. 1246.**n. 5. 6.*

§. XXXVII.

Conspiratio contra Fridericum.

Papa non segnius in Sicilia ante Regis
 Henrici electionem rem gerebat.
 Duos illuc Cardinales ut Legatos misit
 nempe Stephanum Presbyterum tit.
 S. Mariæ trans Tiberim, & Rainerium
 Diaconum tit. S. Mariæ in Cosmedin:
 & ad omnes Præsules, Nobiles, populum-
 que hujus Regni epistolam misit, in qua
 eos prorsus liberos declarat a servitute
 Friderici, quem novum Neronem vocat,
 & approbante concilio exauthoratum di-
 cit, quamvis sententia sonet: *concilio præ-*
sente: ut jam notavimus. Hortatur, &

*III. ep. 8. ap.**Rayn. n. II.**Hist. Eccles. Tom. XX. K k ad*